quod si inter haec tam aetatis exemplar excolatur et seniciam cir
ca cultores dei tyrannicam reducas in medium scimus quia ab illis
nostri dogmatis sectatores ne umquam morerentur occisi sunt tunc
militib; suis uitam et aeternitatem obsequente gladio perpetuos
ille dux contulit illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt
originariam uilitate te mi domine in orbe iam cristiano diua
lex peperit et apostolici uberis lactae nutriunt tu ceteros uelut
solis magnitudo astris minorib; conparata transgrederis te qui
interioris hominis oculis inspexit instructus est iam cum et facie
ipse foueas puritate delinquentes feriatiore castigas boni de conuer
satione tua quocumq; processeris imitanda inuenimt mali fu
gienda demonstrantur beatus tu cui adeo tributum est ut et domi
nis decreas et exemplis qui ad piu tenenis directum semper existere
praeuius inuitasti quis non optet te loquente uel sciat plura non lege
re tu cludum libris gentium relatione conciliat et magistros infor
mas tibi debet quicumq; ille scriptorum maximus quod eum dote
elocutionis amplificat in te lux conuenit sermonis et operis unde
haec praerogatiua transalpinis undeparentib; meis inauspicata
sublimitas ut talem uirum miserit sed cur inter terrena quae
ritur res caelestis potuit ergo a te te quodlibet palcem supercili
non iacere potuit tibi cupitas subtrahere quem mitiore oculis
sola faciunt errata pugnacem latius me et inertium uirum uocat
et diligentiam et loquacitatem meam lex epistolaris includat
quod superest benigni seruitutis meae munus accipite et me deo
nostro orationum suffragiis intimate frequenter deprecor domus quae
uobiscum agitur uel acta sunt informantes etiam ut quid apud
uos promouerit rustici publicatio qui quartum audio fornicationis
suas nomine uestit uxorum et uocabulo legis putat excusari posse
rem criminis mihi manifestetes ministerio litterarum;

EPITAFIUM RUSTICAE

Rustica perpetuae nomen sors pallida uitae
sustulit interitum nec tibi morte dedit
purior aetherias graderis sine carne per arces
sic uitam castae funera nobilitant
Quod mirum uiduata tibi sit constitit aetas